Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



esdre

moysi fecerunt aut filii transmigrationis pascha quartadecima die mensis primi purificati enim fuerant sacerdotes et leuite quasi unus omnes mundi ad immolandum pascha uniuersis filiis transmigrationis et fratribus suis sacerdotibus et sibi. Et comederunt filii israel qui reuersi fuerant de transmigratione et omnes qui separauerat se ab immunditia gentium terre ad eos ut quererent dominum deum israel. Et fecerunt sollempnitatem azimorum vii diebus letitia quoniam letificauerat eos dominus et conuertit cor regis assur ad eos ut adiuuaret manus eorum in opere domus dei israel.

VII

Post hec autem uerba artaxersis regis persarum esdras filius saraie filii azarie filii elchie filii sellum filii sadoch filii achitob filii amarie filii azarie filii maraioth filii zarme filii ozi filii finees filii lozi filii abisue filii eleazar filii aaron sacerdotes ab initio. Ipse esdras ascendit de babilone et ipse scriba uelox in lege moysi quam dedit dominus deus israel. Dedit et rex secundum manum domini dei eius donam super eum omnem petitionem eius. Et ascenderunt de filiis israel et de filiis sacerdotum et de filiis leuitarum et cantoribus et ianitoribus et de nathineis in iherusalem anno septimo artaxersis regis et uenerunt in iherusalem mense quinto. ipse est annus septimus regis qui primo die mensis primi cepit ascendere de babilone et primo die mensis quinti uenit in iherusalem iuxta manum dei sui bonam super se. Esdras autem paruit cor suum ut inquisisset legem domini et faceret et doceret in israel preceptum et iudicium. hic est autem exemplar epistole edicti quod dedit rex artaxersis esdre sacerdoti scribe eruditio legis dei celi doctissimo salutem. Hinc decretum est ut cum placuit in regno meo de populo israel et sacerdotibus eius et de leuitis in ierusalem tecum uadat. a facie enim regis et vii consiliatorum eius missus es ut inquirites in iherusalem iudeam in lege dei tui que est in manu tua et ut ferres argentum et aurum quod rex et consiliatores eius sponte obtulerunt deo israel cuius in iherusalem tabernaculum est. Et omne argentum et aurum quod tibi inuenieris in uniuersa prouincia babilonis et plus offerre uoluit et de sacerdotibus qui sponte obtulerunt domui dei sui que est in iherusalem. Litere accipe et studiose eme de hac pecunia uitulos et arietes agnos et sacrificia et libamina eorum et offerea super altare templi dei iesu quod est in iherusalem. Sed et siquid tibi et fratribus tuis placuerit de reliquo argento et auro ut facias iuxta uoluntatem dei nostri. basta quoque que dantur tibi in ministerium domus dei tui tradam conspectui dei iherusalem. Sed et cetera quibus opus fuerit in domo dei tui quotidie tibi fiet ut expendas de abis de thesauris et de fisco regis et ame. Ego artaxersis rex statuo atque decreuo omnibus custodibus arce publice qui sunt transflumen ut quidquid petierit a uobis esdras